



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660**

SS. Armogastvs Et Satyrvs. 29. Martij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

29. Mart. VITÆ SANCTORVM. 159

cidas manus afferre regi vel epulo sacro accum-  
benti, vel ad matutinas preces cunti parabant,  
semper Numē excusserit prodideritque. Tam firma,  
ō Reges, munimenta tempa sunt, tam fidi, si  
admittitis, corporum vestrorum custodes paupe-  
rum sunt cohors. Ex Paul. Diae. & Greg. Turon.

Vjura mundi centum ad unum: Deus unum ac-  
cipit ad centum: & tamen homines cum Deo no-  
lunt habere contractum. Sunt forsan de cautione  
soliciti? Quare homo homini exiguae chartulae  
obligatione constringitur? Deus tot & tantis volu-  
minibus cauet, & debitor non tenetur. S. Chrys-  
serm. 25.

### SS. ARMOGASTVS ET SATYRVS.

29. Martij.

**A**Mbos Geiferici Arriani Regis furor affixit,  
etsi SATYRVs regie domus Procurator, AR-  
MOGASTVS Comes esset. Et SATYRO quidem, ni  
ad perfidiam regis mores suos etiam ipse compo-  
neret, ob oculos ponebantur officii, bonorum, &  
liberorum spoliaciones, magna semper apud auli-  
cos momenta: ipsa adeò conjunx ultime sortis  
homini, & qui camelos agebat, ad luctibrium jam  
fuerat destinata. Sed facile despiciere hæc omnia  
poterat SATYRVs, qui oculos cælo defixerat. Illa  
expugnare ferreum poterant animum: supplex  
marito conjunx & juncta matre liberorum cohors  
firmissima acies; structæ deinde ante pedes insi-  
dix, infans, inquam, abjectus, minimus ille, sed  
maximus apud patrem orator; confusæ denique  
omnium in unum lacrymæ gemitusque potentissi-  
ma apud domesticos tela. Perstigit tamen incon-  
cussus SATYRVs, & objurgavit etiam intempesti-  
vam suorum pietatem, & quæ impium in Deum  
esse

160 VITÆ S A N C T O R U M 29. Mart.

esse juberet. Ita ab officio dejectus omnibusque exutus in exilium nihil præter innocentiam exultit fidemque Deo servatam. Iam ARMOGASTVS cùm nervis tibiæ & frons totquerentur, nervo altero hos & fortiori(cruce) non semel rupit. E pedibus suspensus dormire poterat videri. Ad sabbatum erendum damnatus virum in arenâ se præsttit. Bubus pascendis præfectus dignum hunc Martyre magistratum censuit esse. Mortuus quoque tumulari, tamen non nisi sub arbore voluit. Sed egesta sub hâc humus sarcophagum è marmore ostendit tam splendidum magnificumque, ut invidere tumulum pastori Reges potuerint. Ex Vict. Vicen.

Si paupertatem vix ferre possumus temporalem, in æternum fieri mendicus quis durabit? Cur ergo Christianus, cui militare est id quod vivit saeculo, non cogitat, ut pericula terrena otios cœlestibus consoletur? S. Pet. Chrys. serm. 54.

S. EVSTASIVS ABB. 29. Martij.

Columbani discipulus fuit EVSTASIVS, ejusq; in Luxoviensis Cœnobii præfecturâ successor. Pœnitentium dolori ita semper condoluit, ut prior ipse lacrimas darer, imò suis illorum prolieret lacrimas, optimam semper peccantibus medicinam. Etsi igitur lacrimis oculos suos corrumpere videretur, geminis tamen virginibus restituit amissos. Has inter Burgundophora fuit Chagnerici viri nobilis filia, & Deo jam olim desponsa; quæ cùm postea, parente auctore, hominis thalamum cogitaret, vindicavit febris cogitatum adulterium, & ut patri dolerent oculi, filiæ suos eripuit. At EVSTASIVS primò patrem facinus suum videre,